



tur per vi. proposi-  
 tionem li. ii. elemē. Eu. qđ  
 sub d k a. cum eo quod  
 est ex a f. equale est ei  
 quod est ex f k. Cōmu-  
 ne apponat qđ est ex  
 f h. ergo qđ sub d k a.  
 cum eis quæ fiunt ex a  
 f. f h. hoc est cū eo qđ  
 est ex a g. æq̄le est eis q̄  
 sūt ex k f. f h. hoc est ei  
 qđ est ex k h. Et qm̄ vt  
 l c. ad c d. & l b. ad b k.  
 Atqui vt l b. ad b k. ita  
 d a. ad a k. vt igitur l c.  
 ad c d. ita d a. ad a k. At  
 est ipsius quidem c d.  
 dimidia c e. ipsius autē

tem d a. dupla a g. Nam per iii. pro. li. vi. ele. Eu. vt a b. ad d e.  
 ita g a. ad a d. Ex hypothesi autem b a. dupla est ipsius d e. igit̄  
 & g a. ipsius a d. dupla. Erit ergo vt l c. ad c e. ita g a. ad a k. ex  
 æquali & perturbata proportione per propo. xxiii. li. v. elem̄.  
 Atqui vt g a. ad a k. & h i. ad i k. per propo. ii. li. vi. ele. Eu. quia  
 ex hypothesi g h. a i. sunt paralleli. Et componenti per propo.  
 xviii. li. v. ele. Eu. igitur vt l e. ad c e. & h k. ad k i. æqualis autē  
 posita est i k. ipsi c e. Quoniā i k. ipsi a h. æqualis est & a h. ipsi  
 c e. Aequalis igitur est e l. ipsi h k. Aequale igitur etiam quod  
 ex l e. ei quod ex h k. Et est illud quod ex l e. æquale ei quod est  
 sub d l c. cum eo quod est ex c e. p̄ propo. vi. li. ii. ele. Eu. Ei autē  
 tem quod est ex h k. æquale esse demonstratū est. quod fit sub  
 d k a. cum eo quod ex a h. Quorum id quod est ex c e. equale est  
 ei quod ex a h. Aequalis nāq̄ posita est a h. ipsi c e. Sed ex cō-  
 muni sentētia. si æqualib⁹ auferantur æqualia quæ relinquunt̄  
 æqualia sunt. Igitur quod fit sub d l c. æquale est ei quo fit sub  
 d k a. Atqui p̄ p̄positionē xiiii. li. vi. ele. Eu. Aequaliū & æquis